# S A C R A    R O M A N A    R O T A

## C O R A M

## R. P. D. I O S E P H  M A R I A  S E R R A N O

Ponente

## P A R I S I E N .

Nullitatis Matrimonii

## S E N T E N T I A (22 octobris 1971).

o

oo oo



Universidad Pontificia de Salamanca

Universidad Pontificia de Salamanca

Dos son los capítulos de nulidad sobre los que versa esta sentencia de la Sagrada Rota Romana Coram Serrano : falta de la debida discreción de juicio e impotencia funcional. Solamente tiene aquí importancia, por la forma y extensión con que se trata, el segundo : la impotencia funcional "sub specie eiaculationis praecocis ante portas".

Empieza el Ponente por señalar la necesidad de que la impotencia sea anterior al matrimonio y perpetua o insanable; lo que suele ser difícil de probar en los casos de impotencia funcional o psíquica. Porque, aunque sea tenida como perpetua o insanable actualmente, es decir, al tramitarse la causa, no se puede asegurar cuándo comenzó a serlo ; si antes o después de celebrado el matrimonio. De ahí que la jurisprudencia haya solido proceder con mucha cautela al juzgar de la nulidad del matrimonio por impotencia psíquica. Pero, como se advierte en esta sentencia, a veces los Jueces parecen exigir más de lo justo para tenerla como jurídicamente demostrada o moralmente cierta. Y, si debe atenderse mucho a la causa productora de la impotencia funcional, no se ha de exagerar diciendo que esta impotencia siempre es dudosa, porque la causa de la misma no es perpetua.

Por otra parte, como a veces es imposible determinar la naturaleza de la causa directamente o considerada en sí misma, se han de examinar y tener en cuenta más bien todas las circunstancias en cada caso.

Así mismo, dado el carácter relativo de la impotencia, que en esta causa se debate, se exponen los particulares indicios, por los que consta, aquí, concretamente, de la impotencia funcional y que pueden servir de orientación para otros casos similares : constitución congénita de los cónyuges, predisposición más o menos congénita de uno de ellos a tal enfermedad ; formación cultural, religiosa, familiar ; experiencia o inexperiencia sexual prematrimonial ; ignorancia o negligencia en conocer o curar los defectos o anomalías antes del matrimonio ; las razones que le llevaron



Universidad Pontificia de Salamanca

al matrimonio ; el tiempo y forma en que debió consumarse el matrimonio ...

Por último se determina cuál es la misión e intervención de los peritos, que, para emitir su dictamen en estas causas, no deben limitarse al examen directo o exploración del sujeto, sino que han de poder apreciar todos aquellos datos de la vida del mismo, que sirven para un conocimiento pleno de su personalidd psíquica. Datos que, -- el Juez ha de deducir de las declaraciones de las partes, de los testigos y de otras pruebas pertinentes, que se pondrán a su disposición.

o

oo oo



Universidad Pontificia de Salamanca

## F A C T I   S P E C I E S

*******

1).- D. nus F.L. et Dna. A.L. partes in Causa, postquam per annum et ultra mutuum foverant amorem, praehabita quoque quadam sponsalium sollemnitate, - ad nuptias tandem pervenerunt die 25 octobris anni- 1958, in quadam Parisiensi ecclesia, cum vir ageret annum aetatis suae vigesimun quartum ; mulier vero- vigesimum secundum. Coniugium, etsi secundo alite - inauguratum tum propter similem ac conspicuam familiarum conditionem, tum propter christianam iuvenum institutionem ; cito tamen eversum est : mulier enim quae filium iam in primis matrimonii diebus conceperat et die 27 iulii anni 1959 in lucem ediderat, nullitatis idem matrimonium accusavit ob viri impotentiam coram ecclesiastico Tribunali Parisiensi diei 15 decembris 1960, vix duobus transactis annis a sacro foedere icto et post coniugum separationem de - facto per aliguot menses protractam. Tribunal autem Parisiense aditum sententiam emisit die 16 a prilis 1967, iuxta quam non constaret de matrimonii nullitate in casu nec de eiusdem inconsumatione.

2).- Actrix autem, cum iure suo appellandi usa ad H.A.T. accessisset, obtinuit ab Exc.mo Decano ut una cum altera instantia super impotentia viri, tractaretur etiam, tanquam in primo iurisdictionis gradu, de capite defectus debitae discretionis in remaritali ex parte eiusden viri. Supplementum instructionis frustra aggressi sunt Iudices Rotales, qui ad decisionem pervenerunt die 17 octobris 1970, edicentes constare de nullitate matrimonii ex capite impotentiae - non vero ex capite defectus discretionis novissime - inducto.



Universidad Pontificia de Salamanca

3) .- Adversus quam alteram sententiam ad Turnum sequentem provocavit, sicut de iure, S. Vinculi Tutor ; ideoque Nostri est responsum dare dubio rite concordato sub consueta formula :

"An Sententia Rotalis diei 17 octobris 1970 - confirmanda vel infirmanda sit, in casu".

IN IURE

a. De debitae discretionis defectu.

4) .- Circa defectum discretionis in re maritali satis sit in mentem revocare principia optime illustrata a praecedenti sententia, addita quoque doctrina Iurisprudentiali, sicut desumitur ex lege Ecclesiae (cf. can. 1081, $ 2 de obiecto consensus matrimonii ; et can. 1082, $ 1 de assimilatione huiusmodi obiecti ab intellectu illius, qui matrimonium intendit : ex quibus duobus normis in synthesim deductis enascitur conceptus "discretionis in re maritali").

b. De impotentia functionali.

5) .- Ampliore necnon implexiore sermone eget declaratio alterius nullitatis capitis in iudicium prolati.

De impotentia, uti aiunt, functionali- intra limites can. 1068 definienda, tamquam impedimento matrimoniali ipso naturae iure sancito - Iurisprudentia Nostri Fori saepius tractavit evolvens tam indolem, cum processualem aestimationem in causis matrimonialibus canonicis, ubi ad irritandum coniugium necesse est ut demonstretur et matrimonium antecedens et simul perpetua. Quod difficultatibus non caret.

6) .- Etenim imprimis agnoscendum est "impotentiam" notionem esse, quae per se manet in - ordine possibilium, nec necessario ex posito actu comprobatur ; in his igitur versamur in quibus



Universidad Pontificia de Salamanca

non satis est absentiam actus evincere, cum potentia possit exsistere, quin unquam, vel saltem non per tempus diu protractum, reducatur in actum.

Peaeterea ex eo quod "functionalis" exigit ut sedulo ponderentur adiuncta in quibus potentia agere debuisset ut dignoscatur an capacitas radicitus abfuisset vel potius labilis aut infirma, sed exsistens, adfuisset.

7) .- Accedit et alia difficultas ex necessitate iuxta legem nostram, ut invocata impotentia - simul sit et matrimonium antecedens et ante matrimonium perpetua. Qua in re elucidanda methodus analytica, qua fere semper proceditur, forte non multum iuvabit totius rei accuratae considerationi. - Potest enim etiam certo "nunc" constare de impotentia, at cum constet quoque de rebus in peius versis, eadem firmitate teneri Iudex iure non auderet quandonam talis defectus, qui hodie perpetuus, talis - i.e. pro semper insanabilis- esse inciperet. Quod si non excluderetur impotentia post matrimonium tantum irreversibilis devenisse, matrimonii nullitas declarari nefas esset.

8) .- Talem itaque impotentiam, his insuper - qualitatibus praeditam, Nostra Iurisprudentia cautissime in iudicio tractare consuevit. Ita docetur in una coram FIORE : "Perdifficile esse probationem cuiuslibet functionalis impotentiae, maxime phychicae, passim edocet Rotalis Iurisprudentia : idque ob naturam ipsam perturbationum, quae saepius sponte vel modicis adhibitis curis, vel mutatis et suavioribus factis coniugum relationibus desinere solent, ob periculum deceptionis, hic potissimum quam maxime praecavendum, et ob certitudinem moralem desumendam ex latenti, implexo, scientifico et minus explorato et explorabili fundamento, non autem claro et distincto" (cf. S.R.R. Decisiones seu Sentent vol. LIII (1961), fol. 351 ; cf. etiam in una coram JULLIEN, vol. XXXII (1940), fol. 143 ; coram PINNA, vol. XLVIII (1956), fol 561,coram BONET, vol LI --- (1959), fol. 79 ; coram SABATTANI, vol. LII (1960), fol 335).



Universidad Pontificia de Salamanca

Et hanc constantem doctrinam aperte amplexata, recte tradit appellata sententia : "Ambigendum quidem - non est Nostri Fori Jurisprudentiam constanter docuisse cautissime esse procedendum in aestimanda potissimum insanabilitate impotentiae functionalis ; quod quidem probari debet atque infrascripti Patres illud declarandum apprime censuerunt..." (ibi,fol.8,n.5).

At eadem sententia paulo infra prosequitur : - "Iamvero nonnumquam, hac in provincia, Iudices videntur plus aequo exigere in probanda perpetuitate impotentiae functionalis, scilicet expostulare certitudinem veluti physicam... Quodsi certo certius ad causam summopere attendi debet in aestimanda impotentia functionali, petitionem ta[illegible]n principii videtur sapere criterium quod penes dubium de perpetuitate impotentiae functionalis oritur, "quia causa impotentiae functionalis de se perpetua non est"... nam aliquando, imno vix non semper, impossibile est definire naturam huiusmodi causae directe et in se spectatae ; potius inspici debent circumstantiae omnes singulis in casibus..."(ibidem, fol.9-10).

Haec novissima verba, utpote quae quid magni momenti sub processuali respectu inducant, aliquo modo fusius placuit explicare etiam sub psychiatriae doctorum auctoritate illustrata.

9.- Auctores medici faciles non sunt ut praebeant definitionem impotentiae functionalis psychicae : quod absque dubio tribui debet multiplici elemento, quod in eam confingendam ingredi potest. Ita legitur apud BRICAIRE = DREYFUS-MOREAU: "Les impuissances psychiques correspondent au dêreglement fonctionnel pouvant affecter le jeu des systemes d´integration des divers stimulus, en - l´occurrence le cortex et les formations rhino-hypothalamiques" (cf. "Les impuissances sexuelles - et leur traitement", Paris, 1964,fol.23)... "Il - est difficile de limiter le champ des impuissances psychogenes, voire d´en donner une définition, - car les criteres objectifs de défaillance sexuelle ne se doublent pas automatiquement de la sen



Universidad Pontificia de Salamanca

sation subjective d'etre impuissant...Rappellons que les patients atteints de cette déficience particuliere qu'est l'impuissance psychogene ont une fonction génitale normale :... les difficultés ne commencent que lorsque interviennent des elements étrangers au monde interieur du sujet sous forme d'une situation ou d'un choix social extérieurement déterminé ; á ce moment, la volonté ou le désir conscient du sujet n'entraînent pas la reáction génésique ou l'entrainent mal" (ibidem,fol.61).

Et apud SCHWARZ : "La función sexual, actual, del hombre, erección y eyaculación, se halla constituída por una serie de reflejos. El reflejo es provocado por la sensación específica de los nervios genitales o por las eróticamente inespecíficas de los órganos de los sentidos ; en la región más inferior de la médula existe un centro reflejo ; otros superiores en el cerebro.El órgano eferente lo constituyen los vasos sanguineos y los músculos de los genitales. Se engendra impotencia por inhibición de estos reflejos ; la percepción de estos reflejos puede ser inhibida por defectos orgánicos de los aparatos centrales y periféricos de recepción ... o bien puede ser perturbada la conducción de estímulos a la periferia o a la médula ... A todos estos elementos pueden agregarse influjos síquicos" (cf. "Psicogénesis y Psicoterapia de los síntomas corporales", ed, esp. de Ramón SARRO, Barcelona, 1932, vol. 401-402).

Etiam maximi momenti videntur ea quae a citatis BRICAIRE-DREYFUS-MOREAU : "A vrai dire cette división entre impuissances organique et impuissance psychique ne saurait être tenue pour absolue. L'intrication des deux grands mécanismes est loin d'etre exceptionnelle. Tel désordre organique minime, insuffisant en soi pour assurer la responsabilité d'une impuissance, peut pourtant atteindre ce terme par le relais de sa répercusión psycho-caractériel peut établir sa focalisation sur l'appareil sexuel á la faveur d'une anomalie organique et singulierement endocrinienne.



Universidad Pontificia de Salamanca

Bien plus n'est-il pas possible de concevoir que - certains états d'asthénie ou d índifférence sexuelle, volontiers mis sur le compte de troubles affectifs constitutionnels et primaires, ne soient- á la vérité que des états basaux, conséquence --- d'une constitution endocrinienne déficitaire dont l'analyse précise échappe á nos méthodes d'exploration" (cf. op. cit., fol.24).

In quo textu haud obscure innuitur praeter interactionem causarum psycho-somaticarum in quodam instante determinato, etiam mutuus earumdem influxus in ipsamet infirmitatis exsistentia permanenti cum per plus minusve prot actum tempus ad invicem- aliae in alias egissent. Item valida ratione praeditum ostenditur intentum distinguendi intra ambitum impotentiae psychicae, illam in qua adsunt elementa physiologica, ab aliis in quibus deficiunt - potius nervi, aut inveniuntur psychopathologica indicia vel impotentia est mere psychica (cf.in una- coram ANNE',S.R.R. Decis., vol.LII (1960),fol.271, divisio impotentiae psychicae in physiologicam, neurasthenicam, psychopathologicam et mere psychicam)

10 .- Circa "perpetuitatem" impotentiae functionalis iidem Doctores absque negotio concedere solent absolutam curationis possibilitatem vix excludi -- posse. Ita FENICHEL : "Per quanto riguarda la terapia, i tipi di nevrosi attuali che sono dovuti ad uno sfortunato regime sessuale, non hanno bisogno di altra terapia che di un cambiamento di tale regime. E cosí anche stati acuti di "nevrosismo" dovuto a qualche esperienza specifica che sconvolse l'equilibrio tra le forze difensive e gli instinti trattenuti, hanno spesso carattere di temporaneitá e terminano spontaneamente quando si ritrova un - nuovo equilibrio" (cf. "Trattato di Psicoanalisi - delle nevrosi e delle psicosi", ed. ital., Roma, - 1951, fol. 217).

Et BALLESTRIERI : "Nel maschio neurastenico si osservano vere alterazioni funzionali come impotenza al coito, eiaculazione precoce, scarsa erezi



Universidad Pontificia de Salamanca

one, polluzioni frequenti (anche negli impotenti - al coito) - La importanza nevrotica (impotenza psichica) é quasi sempre riferibile ad eventi psico--traumatizzanti di vario ordine. La emozione puó facilmente provocare un occasionale insuccesso quando il rapporto si svolge in condizioni di tensione (prima esperienza del giovane, compagna sgradevole, condizioni ambientali non adatte ...).Tutte queste circostanze non hanno normalmente conseguenze e le funzioni sessuali si normalizzano rapidamente con l'adozione di nuove abitudini comportamentali ..." (cf. "Psicologia medica e psichiatrica", Torino, -1969, fol. 158-159).

Nec praetermittunt tamen auctores non omnes casus eamdem proferre diagnosim et in diversis subiectis effectus infirmitatis diversam essequi grabitatem. Sic FENICHEL : "Una certa quantitá di conflitto necrotico e di difesa patogena puó essere-sopportata da tutti senza un vero e propio collasso nevrotico. Comunque piú energia una persona --spende in conflitti difensivi latenti, tanto maggiore é la sua disposizione ad ammalarsi se un fattore precipitante disturba il suo equilibrio mentale" (op.cit.,fol.511)..."... La prognosi é molto povera nei casi di nevrastenia cronica e ipocondria... I sintomi di nevrosi attuali vengono -elaborati in seguito in vari modi. A volte i sintomi stessi si impromono al paziente in modo traumatico, e questi puó allora sviluppare una spe--cie di nevrosi traumatica secondaria"... (ibidem, fol.217).

Et clarius adhuc BRICAIRE-DREYFUS-MOREAU : "Dans les inhibitions névropathiques, les chances de guérison sont théoriquement très grandes : en pratique le traîtement qu'on va proposer est long et difficile ; le sujet a une personnalité faible, prête á se dérober devant l'effort et á fuir devant l'angoisse ; les satisfactions substitutives, qui remplacent par des symptomes phobiques ou obses--sionels les satisfactions sexuelles, sont piteuses mais elles sont tout de même des satisfactions et par lá, elles affaiblissent secretement la volonté de querir Le pronostic est donc en réalité assez



Universidad Pontificia de Salamanca

aléatoire. Il faut exposer au patient les difficultés du traîtement ; il a sa chance ; on ne peut - lui en dire plus..." (cf.op.cit.,fol.135-136).

Sic BALESTRIERI : "Nel neurastenico la emotività ansiogena induce al timore che l´insuccesso si-ripeta ed inizia un circolo vizioso nel quale l´ansia e la autosservazione impediscono la spontaneità e la automaticitá del l´atto sessuale, e gli insuccessi rinfocolano poi l´ansia" (cf. "Psicologia medica..." cit., fol. 159).

11.- Quod vero ad praematrimonialem defectus exsistentiam, comprobandam attinet, prae caeteris urgenda sunt indicia deducta ex ipsamet subiecti congenita constitutione necnon ia clare ante matrimonium prodita, dum tamen omnia simul considerentur una cum adiunctis personarum, familiarum, institutionis, etc. : haec enim, etiamsi in aliis casibus possent dici et iure haberi tamquam a subiecto aliena, hoc in supposito ingrediuntur completam integritatem impotentiae, quae, sicut notatum est, maxima ex parte in "reactionne ad stimulum exteriorem" consistit.

12.- Ex hucusque dictis momentum prae se ferunt - in iudicio canonico super matrimonii nullitate sequentes conclusiones :

a) Indoles "psychica" cuiusdam impotentiae, -- quamvis logice adhibeatur ad systematicam eiusdem considerationem, posset insufficienter ostendere completam illius cognitionem et descriptionem. -- Talis enim specificatio est potius negativa,--dicitur de illa impotentia, quae non est organica vel cuius organica elementa gignere ex sese non valent incapacitatem - et rationem dicit ad causam, ex -- qua derivatur effectus. Sed nec causae consideratio exhaurire dicenda est omnem alicuius obiecti explicationem ; multoque minus in casibus, qui ab omnibus agnoscuntur implexiores et pluribus constantes aspectibus.

b) In hac impotentiae functionalis specie non - licet, sicuti forte in illa organica, "essentiale"



Universidad Pontificia de Salamanca

vel"accidentale" quidquam praedicare iuxta illius entitatem in seipsa spectatam : siquidem vis inhibitoria radicari potest in mero "accidenti" relationis, habitus, etc.

c) Nec sufficit in casu exploratio, vel accuratissima, subiecti, nisi ad circumstantias etiam eadem cura attendatur. Cognitio subiecti praebelit elementa maximi ponderis, quae negligi nequeunt ; at sub luce talis cognitionis perpendenda est "reactio" eiusdem subiecti ad illos stimulos qui de-facto illum sollicitare debuerunt.

Iam inde deducitur quanti faciendum sit in his causis sedulo intra terminos casus singularis permanere, quin nimis indulgeatur principiis abstractis sive in ordine notionum logico, sive in scientificis tractatuum descriptionibus.

13.- Nostrum Ius haud parum egressum e provincia abstractionum et theoriae conceptuum, incunctanter admisit figuram "impotentiae relativae" : quam tamen, ni fallimur, non plene intelligeret qui denuo ad generaliora rediens, eam interpretaret in sensu nimis coarctato, adiuncta rerum vel personarum habitudines mente fingens, quae longe ab his multum absunt, prout de facto evenerunt vel ad summum evenire potuerunt, nec quomodocumque evenire potuissent.

Potissima consideratione dignum in iudicio canonico Nobis visum est agere de charactere "relativo" penes impotentiam functionalem. Etenim omnibu planum est his in casibus personam socii sociaeve primis fungi partibus sive in origine sive in evolutione talis anomaliae psychosexualis "Le sentiment d'amour comporte un échange entre deux êtres chacun avoue á l'autre tendresse et élan ; les marques d'interêt qu'il reçoit affermissent sa convition d'avoir une valeur puisqu'on l'aime ; sa confiance en lui-même s'en trouve assurée. Une blessure infligée dans ce domaine amène un bouleverseme dont les conséquences sont le repli sur soi-même une angoissante insecurité ...; certains hommes



Universidad Pontificia de Salamanca

agissent par une impuissance. - L´importance même du traumatisme est tres variable ... une simple - remarque désobligeante provoque une déficience qui va se prolonger pendant plusieurs années. Le choc initial peut être beaucoup plus violent" (cf. BRICAIRE ..., cit, vol. 105) - ... "L´affectuoso comportamento di una moglie intelligente e comprensiva rappresenta un elemento di primo piano per il rapido superamento della incresciosa situazione-- ...In una coppia di sposi si ottengono talora i migliori risultati proprio ricercando la collaborazione della moglie, che spesso rappresenta una importante, se pure involontaria e inconsapevole, causa dell´impotenza del marito..." (cf. SANTORI H., --- "Compendio di sessuologia", ed. III. Saluzzo, 1966 fol. 367-371).

Quidquid igitur sit de impotentia functionali in quolibet alio carnali amplexu, praetereundum non est relationem maritalem una cum gravitate iurium- et officiorum, quae ex aequo in utroque coniuge -- inducit, vehementius iam a priori afficere posse - emotivitatem alterutriusque compartis ("partenaire sexuel") et in persona infirma graviorem effectum gignere. Quod multum interest notare ut de "praematrimoniali antecedentia" functionalis incapacitatis adaequatum iudicium feratur.

Imo, ubi in quaestionem venit matrimonium canonicum, haec omnia non modo complenda sunt cum his,- quae in psychologia, ut dicitur, 'profunda', sub -- respectu religioso et institutionis familiaris magnam suscitant attentionem,verum etiam cum illis qualitatibus charitatis erga socium, indissolubilitatis et exclusivitatis vinculi, quae facilius inducere possunt vel augere "l´ansia e la autosservazione- quae, iuxta traditam Prof. Balestrieri opinionem- -impediscono la spontaneitá e l´automaticitá dell´atto sessuale". - Et haec quidem iam a prima experientia, quae ab omnibus habetur specialibus difficultatibus constricta - cf. supra Bricaire ... "le choc initial peut être beaucoup plus violent" - - quamque absolute primam praesumere debet in iis, - quae prima vice matrimonio christiano iunguntur, -



Universidad Pontificia de Salamanca

quodsi huius initialis ac inanis conatus vulnus -- praeexitentes difficultates prodiit et nactum est- augeri ; inde habetur indicium grave pro praematri moniali perpetuitate impotentiae si ulteriores adhibitae curationes secundum effectum sortiri impares fuerunt.

14,- Ipsamet ideo difficultas, quam experiri quis potest in limine matrimonii unum quid efficit cum caeteris, quae impotentiam concretam constituunt- nec ab iis avelli licet. Et quamvis illa absolute arguere sinat adversus praematrimonialem exsistentiam uti insanabilem ex eo praecise quod curationes ante matrimonium adhibitae non sunt, adamussim in his procedendum est.

Ignorantia vel negligentia subiecti in curando defectu qui tantum post matrimonium - i.e. post primum graviorem et successivos frustra positos conatus - absolute insanabilis diceretur, in seipsas constituere possunt haud spernenda indicia praematrimonialis insanabilis impotentiae relativae. Nec omnino logice ratiocinatur cum in casu asseritur - impotentiam in se subsistere sicuti in se est et - ab ignorantia vel negligentia subiecti affici non- posse ; ubi enim - sicut dictum est (cf. supra n. 12) - non nisi cautissime loqui potest de "essentiali" vel "accidentali" et semper ratione habita ad casum concretum, nihil impedit quominus tales ignorantia vel negligentia (forte ante matrimonium invincibiles, etiam propter adiuncta, et tamen vin-- cendae ut impotentia sanaretur) in se "accidentales" essentiales vero in ordine ad singularem incapacitatem sexualem habeantur.

15.- Unus itaque concretus et singularis impotentiae functionalis relativae casus omnibus constat de quibus supra fuse actum est ; congenita constitutio utriusque coniugis ; alteriusutriusque plus minusve- insita praedispositio ad talem infirmitatem ; cir-- cumstantiae institutionis culturalis, religiosae,-- familiaris ; praesentia vel absentia antecedentis - experientiae sexualis et pactum quo eadem praesens vel absens fuit ; ignorantia vel negligentia in anamalia cognoscenda vel curanda ante matrimonium ; rationes, quae, ad matrimonium duxerunt ; imo tempus-



Universidad Pontificia de Salamanca

vel modus quo coniugium initum est et consummari debuit ...

Ex quibus liquet Iudicem non posse in decisione ignorare quidquam haustum ex allegatis et probatis, quod comitatum de facto sit "matrimonium exsistentiale" ut ad moralem certitudinem perveniat necessariam pro decisione. Nec obstat peculiaris indoles notionis impotentiae, quae per **se sistit in ordine possibilium** (cf. supra, n. 6) ; aliud enim est mera possibilitas, aliud abstracta possibilitas a realitate aliena.

16.- Iam age, si, omnibus adamussim rimatis prae oculis etiam habitis cans. 1014 et 1068 $ 2, adhuc quis dubitaret quia non penitus exclusa absoluta -- possibilitas diceretur perveniendi nempe, maximo nixu et favorabilissimis qu usque dictis conditionibus,ad quamdam actus coniugalis 'speciem' seu vix recognoscibilem eiusdem humanam imaginem : tunc iure quis sibi quaereret quam mutatus ab illo, et in substantialibus quidem, esset actus, qui, duce Vaticano II Concilio, "propio matrimonii opere singulariter exprimitur et perficitur. Actus proinde, quibus coniuges intime et caste inter se uniuntur, honesti ac digni sunt et, modo vere humano exerciti, donationem mutuam significant et fovent, quo sese invicem laeto gratoque animo locupletant" (cf. Const. Past. "GAUDIUM ET SPES", n. 49).

Talis textus sua quoque luce perfundit quaestionem circa transeuntem "potentiam" ortam ex stimulis arte medica confectis, qui veram capacitatis restitutionem non attingunt et per modum actus effectum consequuntur. Ad nostrum autem casum non pertinet de re rationem dare et libenter illam sapientioribus relinquimus.

17.- Restat denique ut quaedam addantur de respectu peritorum ad Iudicem in hisce causis, in quibus magis forte ac in aliis opus medici ad edendam sententiam requiritur et in ipsam confert argumenta maximae vis.

Secus ac in aliis, in quibus peritus rogatur ut



Universidad Pontificia de Salamanca

infirmum directe axamini subiciat et iudicium emittat circa eiusdem constitutionem psycho-somaticam, habita quoque ratione de infirmitatis anamnesi ; in huiusmodi vero casibus talia sufficere non solent - et medicus inquirit in plurima indicia, quae ad circumstantias, etiam remotas, in quibus subiectum totam propriam vitam egit, pertinent et ad quarum cognitionem peritus pervenit eodem fere modo ac Iudex per deductiones ex testium depositionibus et caeteris prabationis adminiculis.

Exinde evenire potest ut ipse medicus in suis conclusionibus potius in certitudinem moralem - quae Iudicis est - inclinetur, cum physica, scientiarum propria, obvia non sit. Sed cum illa certitudo, moralis nempe seu quae in humanis viget rebus rigorosae necessitatis legibus non subiectis, a scientifica qualitate differat ; psychiatra, qui conscius est se vocatum fuisse ad munus intra ambitum scientiae - evolvendum, pronus invenitur ad exprimendam convictionem moralem submisso modo, legum physicarum criterio usus. Quod praecipue accidet ubicumque ad prolatum - dictamen conficiendum, media adhibuerit non omnia iuxta empiricam analysim comprobabilia - puta quia experimento non subiecta, vel quia non necessario inducentia relationem causae ad effectum etc.- aut ea commisceat cum aliis, quae magis ordinem moralem sapiunt.

Quim igitur nimis seiungantur conclusiones peritorum a Iudicis motivis decidendi, accurate tamen illae inspicienda sunt ut clare in iisdem discerni possit -- quid moralem Iudicis convctionem gignere proprium sit, quid vero ad scientificam rei considerationem pertineat. Caeterum obvium est ipsasmet scientiae rationes -- maxima vi pollere ut moralem certitudinem adstruant.

## IN FACTO

a) De nullitate matrimonii ob defectum discretionis.

18.- Imprimis excludendam omnino esse censuerunt Patres quambilet probabilitatem infirmandi appellatam-



Universidad Pontificia de Salamanca

sententiam ex praesumpta deficiente viri discreti one in re maritali. Absque megotio e contra fas est confirmare decisionem Rotalem diei 17 octobris 1970, cum edicit ; "Perlectis atque mature perpensis causae actis, visum est Patribus imprudenter esse suggestum novum nullitatis caput afferendum" (sc. praeditam absentiam discretionis necessariae in re maritali penes virum).

19.- Imo cum tale caput maiore conatu egeret, utpote quod negative iam prius dimissum fuisset a Iudicibus, dum alterum affirmativa decisione acceptum ; nulla suppletoria instructione in nova causae instantia addita, vel ipse actricis patronus visus est haud multa convinctione rem tractare (cf. 16-20 restrictus Iuris et Facti), adeo ut quod exiguam spem positivi exitus prae se ferens iudicium ingressum fuerit, minore adhuc probabilitate praeditum e iudiciali disceptatione exiret, siquidem argumenta praeecedentis sententiae decretoria (cf. n. 6 praehabitae decisionis), nullo modo enodata sunt.

b.- De nullitate matrimonii ob impotentiam.-

20.- Antequam alterum iudicii caput ingrediamur opportunum est de mediis probationis quaestionem instituere. Cum enim res alia ex parte difficilis sit, etiam sub respectu medico ; et ex alia vero necesse sit comprobare ex indiciis, quae penes intimam coniugum cohabitationem adfuerunt et vix ad proximiores quosque pervenerunt, assertas difficultates in relatione sexuali, nemo est qui non videat quantum habendae sint in casu tum relationes peritorum, tum depositiones partium et coniunctorum testium : quae duo iure praecipua dicantur decisionis fulcimenta.

21.- Quamvis in Causa partes medici plures habuere, nihil est cur in genere quidquam circa eorumdem opiniones excipiatur, tum quia scientia qua pollent, propia argumentatione commendatur, cum quia duo, qui praesertim prae caeteris directe et accurate utriusque coniugis studio vacarunt, ex -



Universidad Pontificia de Salamanca

officio ad munus peritiale implendum vocati sunt.

Difficultatem unam moveret qui exclusive ad depositionem d.ris K. attendere velit (fol. 114--115), dum idem Doctor verbis sat claris impotentiam videatur excludere : "Je ... certifie avoir reçu la visite de Monsieur L. ... á plusieurs reprises depuis le 20.9.60 ... il ne semble absolument pas qu'on puisse retenir contre lui les accusations d'impuissance, dont il est l'objet...".

Notare tamen oportet praedicta verba legi apud documentum a medico in ipsas conventi manus traditum forte a D.no Letourmy personaliter quaesito ; - et scitur quomodo iis in casibus therapia faveatur- ex elata infirmi fiducia et in seipsum et in proprium medicum. Neque hic categorice ea ausus est affirmare - "il ne semble" : uti videri licebit non unum nec leve indicium (erectio et eiaculatio apud virum certae ; filius susceptus) pro tali "opinione" concludebat et contrarium tantum ex profundiore et multo magis implexa inquisitione patere potuit. Quodsi cl. mus Doctor, uxore non audita, eadem fere teneat, praetermittendum non est illum explicabili -- suae artis optima aestimatione ductum, diagnosim protulere potuisse maiore prae iusta benignitate suffultam.

Hoc etiam prae oculis habere necesse est ad rectam intelligentiam eorum, quae a medicis, iis imprimis qui data opera strictam relationem peritialem - non conficiunt, dicuntur super incerta, in abstranto, perpetuitate huiusmodi impotentiae.

